Lectio XV. Gerundivum. Coniugatio periphrastica activa

1. Exercitus ad urbem occupandam contendit.
2. Dux pontem faciendum curat. Cives muros reficiendos curant.
3. Dominus servum puniendum tradidit.
4. Beatos puto quibus deorum munere datum est aut facere scribenda au scribere legenda.
5. Cives muros reficiendos curant.
6. Manus etiam elephanto data est per quam data suscipit et ori suo voranda tradidit.

7. Princeps omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Graeci vocant, prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intellegimus, quae est rerum expetendarum fugiendarumque scientia; illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum et humanarum scientia. (Cic. *Off*. 1.153)

8. Cogitandum est. Laborandum erat.
9. Virtus omnibus laudanda discendaque est.
10. Militibus oppida munienda sunt.
11. Servis in agris laborandum erat.
12. Apud Pythagoram discipulis quinque annos tacendum erat.
13. Parentes liberis diligendi sunt.
14. Grave opus mihi faciendum est.
15. Facienda liberis sunt quae parentes imperat.
16. Lex iubet quae facienda sunt prohibetque contraria.
17. Nil sine ratione faciendum est.
18. Quid mihi putas agendum esse?
19. Ceterum censeo Carthaginem delendam esse.
20. Neque enim est hoc dissimulandum quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum: trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur. (Cic. *Arch*. 26)
21. Resistendum Laeli et Scipio senectuti est eiusque vitia diligentia compensanda sunt; pugnandum tamquam contra morbum sic contra senectutem, habenda ratio valetudinis, utendum exercitationibus modicis, tantum cibi et potionis adhibendum ut reficiantur vires, non opprimantur[1]. Nec vero corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis; nam haec quoque, nisi tamquam lumini oleum instilles[2], extinguuntur senectute. et corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur.(Cic. *Sen*. 35-36)

[1]ut reficiantur vires, non opprimantur – by wzmacniać, a nie osłabiać siły.

[2] nisi instilles – jeślibyś nie dolał

(M)

De re publica emendanda – O naprawie Rzeczypospolitej (tytuł rozprawy Andrzeja Frycza Modrzewskiego)

De gustibus non est disputandum – W sprawach upodobań nie należy dyskutować.

Pacta sunt servanda – Umów należy dotrzymywać.

(Ć)

Przekształć poniższe zdania, stosując konstrukcję c.p.p.

1) Patriam amare debemus.
   ⇨

2) Liberi parentes diligere debent.
   ⇨

3) Marcus Brutus Caium Caesarem interficere debebat.
   ⇨

4) Carmina poetarum antiquorum legere debeo.
   ⇨

5) Nos omnes mori debemus.
   ⇨